



Handwritten text on the cover, likely in a historical script, possibly Arabic or Persian. The text is partially obscured by stains and wear. Legible fragments include "D: ADONIS" and "A. C. 1712".

Small handwritten label on the spine edge, containing the word "seru" followed by a symbol.

Small, partially obscured label at the bottom left corner, featuring red and yellow colors and some illegible text.

Quodammodo etiam de
alio quodammodo






BIBLIOTEKA  POZNAŃ
64 00
INKONABURY


Brevet

06

AD MAXIMUM ANTIQVITATEM D.
FRANCISCVS EPISCOPVS
234. 2135
Bononensis Episcopus.

OPVSCVLVM PHILIPPI BERO,
ALDI De Terremotu et Pestilen/
tia / Cum Annotamentis
GALENI.





W woluminie kolejno współprawne sygnatury:

SD 10662 II

SD 10663 II

Inc. 64

SD 10664 II

SD 10665 II

DRACONS CARMINA ET
ALIA OPERICULA VERBORUM

100



Dar Kuratorjum Okr. Szk. Poznańskiego.
Z księgozbioru Gimm. im. Marji Magdaleny w Poznaniu.
1930.

וְלֹאֵלֶיךָ לְבָבוֹתָי
הֵי יֵשֶׁרְךָ יוֹסֵף
דְּשִׁמְרֵי טַיִם
רִיזוֹן יִשְׂרָאֵל
וְהַמְצִיחַ וְיִכְרֵת
הַיּוֹם לְהַצִּילֵנוּ
מִיַּד רִיבּוֹנוֹ
וְיִכְרֵת סִימָנוֹ
שֶׁמִּצִּירְנוּ לְךָ
הַמֶּסֶס לֹא כִּי
נִשְׁרָף וְשִׁמּוֹנוֹ
אֵין וְיִבְרָא
וְיִבְרָא וְיִבְרָא
וְיִבְרָא הַיּוֹם
לֹא כִּי שִׁמּוֹנוֹ
וְהֵב טַיִם דְּשִׁמְרֵי
וְיִבְרָא הַיּוֹם
וְכִסְתּוֹת יִבְרָא
וְיִשְׂרָאֵל וְיִבְרָא
וְיִבְרָא וְיִבְרָא
וְיִבְרָא וְיִבְרָא

התל שוב
עין של יער
בשרהסין

דף

עני קודם
נולד היה
תמוני ש
לחם כ
זה לו היה
תסרו יז
יעו יועם
יוע ה
השמע
סיוע
ק שני
עלוח רעק
שועלח
לש
הקצים
לוח רעק
יו טעין

Orationes et
Carmina

1502

H. M. 88728
N. 4398708


ד' חטת
סין' הלב
ה' הילכך
ויי
וליו היה
דיו מיוש
יסור כתב
ינו עיר וע
תהן לו כה
דעט לוגיו
מר ועמ
מ' מירוח
רתו דכת
מע סלו
פודת וליו
וליו גור
ולו דבר
סס סהרה
און חוון
מ' לא עבר

ס הזיוול וי
אוב סען ח
טט מעלה
אוב גזל ויה
זה לבית ז
סד השתול
סיפא ויוס
קתנע ויכז
נינעה הוי
ק לן רכיו ל
עורך הויו
סירחיו הו
תפן מיוויו
שוליו ליע
גיוט חו סו
היו וידנע
הזנעין כס
היוויוק
סוב וזול
הזנעין יזין י
הלסן ויהו

AD MAXIMUM ANTIQVITATEM D.

~~234. 243. 251~~
Bononiensis Epistola.

OPVSCVLVM PHILIPPI BERO,
ALDI De Terremotu et Pestilen-
tia / Cum Annoramentis
GALENI.



AD MAXIMUM ANTISTITEM. D.
ERASMVM Vitellium Episcopum
Plocensem Philippi Beroaldi
Bononiensis Epistola.

h Omines ego illos beatos puto / Qui
intus forisq; sunt splendidissimi / in q;
bus et interiora et exteriora ornamē-
ta Collucēt: quorū uirtuti fortuna coniuncta ē.
Quo in numero Tu cum primis Maxime Anti-
stes es percensendus / in quo et corporis et ani-
mi ac fortunę bona conspiciuntur. Siquidē mē-
brorū cōpactione es decorus / Fortunis opulen-
Laus epi rus / maiestate episcopali uenerabilis / uirtute culti-
scopi plo tissimus. Et cū religio atq; doctrina nodo pul-
cēsis . cherrimo inter se copulatę consociantur / itaq; be-
ne cōueniāt / q̄ bene gēma auro cludit / Rosę lili-
is contexuntur / in te cōnexio ista Religiois atq;
doctrinę tam decora tam lucida / Adeo decenter
Gēma sa splendicat: ut flos diserrorum / gēma sacerdotum
cerdorū . esse uidearis. nec īmerito / Religio enim / qua cō-
stat uita mortalium / animos nostros omni ui-
riorum labe deterfa Defecat emaculatq;. Doctri-
na exornat et excolit: Sine qua nihil satis ornatū
nihil satis cultū eē potest. Tu cum probe scires
claritudinem natalium parū claram esse sine Ra-
diatione doctrinę / nitorēq; familię parę niresce-

1188434

N. 4401685



SD 10664 II

te sine fulgore uirtutis inō tam profapie tue splē
dore / que tibi in Polonia honoratissima ēiq̄ Ra
dio litterarū illustrari uoluisti. que te clarū fauo
rabilem mōstrabilem apud polonos tuos et im
primis apud Indycrissimū Lithuanie ducē Ale
xandrū effecerūt / qui cū te ex uirtutibus cerne
ret esse cōpactū / te ex oibus potissimum delegit
quo Archigrāmateo / Quē secretariū uulgo no
minat / et cōsiliatore peculiariter uteret : Et pfe
cro ut iquit uersiculus ille prouerbialis / Prīcipis
ē uirtus maxia nosce suos : Princeps tuus utpote
prudētissimus circūspectissimusq; Tuā ī rebus
prīcipalibus obeūdis dexteritatē prudētiā erudi
tionē solerter curiosoq; pspiciēs / Te ex omnibus
unū existimauit eē dignissimū ualdeq; idoneū
Quē legatū ad salurandū reuerenter et officiose
Pōtificē maximū Alexādꝝ destinaret. Tu itaq;
iniunctā legationis honoratę prouinciā rā dili
genter rā sinceriter rā eloquēter peregisti / ut ora
tione luculēta et nitida summā a pontifice maxi
mo gratiā inieris / cui uel placuisse maximus est
honus. a quo in cōsistorio Cardinaliū Protono
tarius dignitate es decoratus. Interea cū nihil
semp̄ floreat / cū ęras succedat ętati / et Rex Regi
substituatur / In locū Sacratissimi Polonie regis Al
berti / qui pid Tēpus decesserat / Cōcordib⁹ Po
lonoz suffragiis ingēriq; oīum cōsensu Clarissi
archigrām
ateus .
Protono
tari⁹ a pō
tificē faci
rus .

mus Dux tuus Alexander subrogatus suffec/
tusq; ē/ Idq; meritissimo. Quis enim cōmodius
Alex. suc cessit regi succedere In fraternas opes poterat q̄ frater: quis
Alberto. honesti⁹ i fraterno folio sedere q̄ frater: Quis fra/
ternū sceptrū decētius gestare q̄ frater: Deniq;
quis fratri optimo maximoq; Regi liberis carē/
ti iustius fauorabiliusq; subrogaretur q̄ frater opi/
timus Maximusq; Alexander: qui cum sciret
specimen Regiē maiestatis Amplissimū eē Au/
licos habere florētes/ sicut ipse ad Apicis regalis
fastigiū fuerat sublimat⁹/ Ita te quoq; post renū/
ciatā legationē uirtutis tuę p̄cellēris haud ime/
mor episcopali dignitate Cōdecorauit: Tibiq;
episcopatum plocēsem/ quod sane sacerdotiū si/
Rex epi/ cuti amplissimū Ita opulētissimū ē/ Cōdonauit/
scoparū Quē tu tñ/ quę tua ē uirtus/ ante merueras q̄ acci/
dedit. peres. Et sane nō plus episcoparui d̄bes/ q̄ tibi dei
beat epar⁹/ nec plus ornāmēti ex Eparū accepisti
q̄ abste epar⁹ accepit. Multi qdē s̄t Epi sed pauci
Episcopales hoc ē digni eparū. Tu certe choro il/
lo uirtutū Episcopaliū pulcherrimo stipatissim⁹
coronarū: quas ruba euāgelii apostolus Paulus/ i
Virtutes episcopo deposcit. Tu sobriosus/ Tu morū pbi/
epales. rate mōstrabilis/ tu doctriņę honestamētis orna/
tus/ Tu nulla superbię labe decoloratus/ nulla ira/
Eps irre/ cūdię sorde maculosus. Deniq; ut uno uocabu/
p̄nsibilis lo multa cōplectar/ tu irreprēsibilis es/ quod sane

nomē ē absolutissime uirtutis / Et cū hospitalitas
deceat imprimis ep̄m / tu hospitalissim⁹. et cū tabes
auaritię pleq; Anristites primarios iuadat / ac ue Auaritia
luti grāgrena p̄ Prīcipes latissime serpat / quoniā ut cancer
ut air prudē⁹ omne hoīnū rapit illa genus / Tu
ab hac pestilenti tabe resiliēs / nulloq; neuo cupi /
diratis ifectus agis episcopū oī expte munificū Liberalis
ac liberalē. Tibi oblectamēto ē benefica erogatio ep̄s plocē
existimasq; te nūq; magis nomina facere q̄ cum sis
donas. Inde fit ut iter promystas pōrificesq; trās /
mōranos maxie splēdescas / ut iter tuos diliga /
ris Colaris honoreris. Imprimis Sacratissimus
Rex Alexāder Te suspicit ac fouet / animiq; tui
precellentes dotes Regia caritate cōplectit̄. Qui
in presentia cū ex more iſtitutoq; Regū christi /
anorū legationē honoratissimā ad sūmū pōrificē
Iuliū Secūdū Reuerētissime salutādū / p̄stādāq;
ut dicit̄ obediētiā mittere uellet / statī ad te respe /
xit / Teq; pre oībus unū pidoneū cēsuit cui rātū
munus iniūgeret / et hāc honorificētiā deferret:
Cui⁹ iā ī cōsimili negocio īduſtriā fidē eloquē /
tiā feliciter erat exprus. Tu itaq; legatiōis regię /
Quę cultu uisenda / comitatu copiosa / Diuitiis Legatio /
opulēra ad nos trāsēuter accessit / Caput et colu / nis regię
mē / noīne Regis tui Solē terrenum hoc ē Pōri / columen
ficem Maximum inter minora sidera hoc ē in / Orator a /
rer Cardinales radiantem Venerabundus adi / pud pōri
ſti salutasti q; oratione / tam graui tam Erudita ficem

Tam terfa / ut consumatus orator merito sis ui-
sus : Et legationis Regiæ munus fauorabiliter
obieris. Magnificum mehercule est i cōsistorio
Senatus apostolici in conspectu summi pontifi-
cis citra perturbationē dicere eloquenter copio-
se decēter. Magnum hoc ego duco probari ma-
ximo Sacratissimo Augustissimo p̄cipū oīum
Terren⁹ Immo ut uerius loquar terreno deo. Qui cū ex
Deus pō ritu solēnitatis paschalis Rosam / quod ē pōtifi-
rifex. ciū isigne spectatissimū / Dare soleat legato exte-
Rosa pō rarum gentium honoratissimo / Eā tibi potissi-
tificia mū dono dedit. Qui honos quidā quasi cumu-
lus accessit splendori tuę legatiōis. In qua obeū-
da cū hac trāsires tunc ego te officiose et reueren-
ter salutauī / sumq; abste benigne ac comiter ac-
ceptus / Qui cū sis Doctrina singulari p̄ditus
Doctrinę p̄fessores amplecteris ac foues. Est .n.
Doctus ita natura cōparatum ut callens artis miret arti-
docros ficē / ut eruditus eruditionis amet Antistitē. Tūc
amat. ego te / cū libellorū meorū studiosum cupidūq;
cognouissem / Cōposui euestigio hoc opusculū
Idq; nomini tuo nuncupari dedicaui / Quod ut
esse posset monumentū meę in te obseruatię nu-
merosum atq; diuturnum / Curiose elaborauī ut
ab Impressore elegantissimo Benedicto in mille
Exemplaria uno quasi momento descriptum et
formis excusum ederetur inuulgareturq; : Te

quæso Aristes maxime quæ tua est in rebus
omnibus Comitas benignitasq; / ut munuscu-
lum hoc litterarium hilari fronte / et obuiis ut
aiunt manibus accipias . Quod te facturū ha-
beo persuasissimum . Scio enim apud Episcopū
opulentū ac litteratum auro argentoq; pretiosi-
us esse id genus Donationis / quæ ex promptua litteraria
rio litterario depromitur: Quæ sub incude Phi-
lippea procuditur / subqua secundo sane opificio
procusa ī hodiernū sunt omnifariæ doctrine uo-
lumina multiiuga. et in p̄sentia formatur magi-
straq; arte expolitur opus multiplex / multifor-
miq; cælatura uariegarum / quod debeo et debe-
re me clara uoce profiteor Clarissimo Amplissi-
mo liberalissimo et omni cum honore mihi no-
minando Ioāni Episcopo posnaniensi. meo / ut posnaniē
dicit / Cōpatri : qui me anteq̄ nosset muneribus sis.
episcopalibus est profecutus. Qui in Cōmatrē
fuit oppido q̄ munificus / Ad quam expenitissi-
mis usq; regionibus uasa argentea pretiosa trās-
misit / Cui tantum debeo / ut debitionem hanc
dissoluere / ut hoc nomen expūgere / uno tantum
modo possim / Chartaria scilicet remuneratione:
Qua quidē utar nō minus diligēter q̄ libenter.
Eaq; remunerabor munificentissimum Episco-
pum posnaniensem. Quam ille sitiēter expectat /
Quā pluris scio faciet / q̄ persicā Gazam Cresiq;

diuitias. Verum sicut animal quo maius est rã/
to diutius formatur in utero / sic et opus litterariũ
quãto maius quãtoq; succosius / tanto exigit tẽ/
pora diurniora: et cum sat cito fiat qcqd sat be/
ne fit / dabo operam / ut procrastinationem remu/
nerationis ubertate compẽsem. Interea Tu An/
tistes Maxime cape uultu serenato libellum hũc
musteum sub tuo patrociniõ editũ atq; sub tuo
nomine inuulgatũ. Quo doctrina remotior cõ/
tinetur interioresq; litterę explicantur. Quem
quẽso feriatu perlegas Cuius argumentum et
materiam ex titulo cognosces. Vale decus An/
tistitum Et Philippum Beroaldum qui tibi de/
ditissimus ẽ / mutuo Amore Cõplectere / nec nõ
Eduilia hæc nostra Gustato / quorum Adipata
condimenta hominem interiorem pinguitudi/
ne quadam salutari poterunt saginare.

REGESTVM

A.ii. B.iiii. C.iiii. D.iiii. E.iiii. F.iii. G.ii.

AD MAXIMUM ANTISTITEM. D.
ERASMUM VITELLIVM EPI/
SCOPVM PLOCENSEM
PHILIPPI BEROALDI
BONONIENSIS OPV/
SCVLVM.

OLONEM ILLVM LE/
gum Articarum conditorem/
f que inter septem sapientes gre/
cia concelebrat/demōstrasse oli/
ferunt urbes nihil aliud esse q̄
humanarum erūnarum domi/
cilia: quibus luctus mœrores tristitię mortalium
quasi sepris includerentur. Et profecto si iusti ra/
tiorcinatores esse uolumus et rem equa lance per/
pendere/haud dubie iudicabimus nihil homine
miserius esse nihil calamitosius / qui tot morbis
corporis conflictatur tot animi tormentis affli/
gitur/qui tot turbinibus fortunę fulminantis est
obnoxius. Qui incendia naufragia p̄cipitia/tec/
torum lapsus/tremores terre/sexcēraq; alia id ge/
nus pericula et si non semper patitur/tamen pati
potest. Merito itaq; celeberrimi dixere scriptores
parentem reg; ac opificem naturam non tam ma/ Natura
trem homini esse q̄ nouercam . que instar amo/ homini
ris plautini gustu dat dulce/amarum ad satiera/ nouerca .

Dolia
duo.

rem usq; aggerit. Et cum in limine Iouis home-
rici duo sint dolia collocata / Alterum bonorum
alterū malorū / q̄ parce proh dolor mortalib⁹ bo-
na insillantur / q̄ large mala propinātur. Hauriūt
pleriq; oēs ex cratera mœroris largissimo hau-
stu. paucissimi uero uix primoribus labris pocu-
lum dulcoris attingunt. Nec leticia quę homini
rara contingit / ullo est uel minimo mœrore pē-
sanda. Nec tanta est hilaritas ex cōmodis / quāta
ex incōmodis mēstitudo / nec tam fouet spes q̄
merus exterrēt / et quoniam cuius accidere pōt-
quod cuiq; potest / Cūtra pauescim⁹ / ad strepitus
omnes exanimamur. Quędā interdum nos fri-
uola terriculamenta cōsternāt / haud secus q̄ ele-

Elephan-
ros terrer-
porcina
uox.

phantos illos Enormes porcina uox grunitusq;
terrificat / et leones generosissimos animalū gal-
lorum cātus et facies cristata perturbat. Quędā
plerūq; nos merito torquent et exanimāt ac for-
midanda mole cōcuriunt / ut nuper Terremorus
subitani inopinatiq; rotam Bononiam attonitā
stupērēq; fecerūt. de quibus nō pigebit Copio-

Suauis
memo-
ria laborū

sus differere / Cum suauis sit p̄teritorū laborū
memoria / ut inquit Euripides. In qua quidem
differratione cōpluscula digna Cognitu nec in-
digna relatu minimeq; p̄trita cōmemorabunt.
Tu mō / quęso Antistes Maxīe aurē nec minus
animū paulisp accōmoda / dū oratio hęc nostra

TERREMOTV

Ad metas duas uoluptatis scilicet et utilitatis ū
defessa decurrat.

Nno salutis millesimo quingētesimo
a quinto/ea nocte quā subsecutus ē Dies
diuo Siluestro dicatus / quę festiuitas
pridie calendas ianuarii celebratur / hora circiter
undecima subitari⁹ terremotus Cū sono terrifi-
co factus cōcussit urbē nostram. et cū omnia re-
pentina atq; inopinata formidolosiora sint sōno
cūctos sopitos excussit metuq; ac motu ingenti
cōsternauit / Ita tamē ut maior fuerit formido q̄
noxa/est mihi domus ut dissimili utar similiru/ Dom⁹ si
dine/similis grāmaticę/quā Quinilianus dixit milis grā
plus in recessu habere q̄ in fronte p̄mittat. estq; matice.
instar hominū nō paucorū/ Qui exteriori Cor-
pore deformes animo sunt īteriore pulcherrimi/
Nāq; pars ediū mearū anterior Quę ī uia uersus
spectat forisecus uerustā structuram representat/
Cū interior fornicata restudinataq; sit atq; om-
ni elegancia recentiore perpolita. Ex hoc terre-
motu paries male coagmētatus in parte Anteri-
ori iuxta rectū scādulare fragorē īgētē corruēs fe-
cit/ Mox cū iā defūcti piculo eē uideremur cū ni-
hil tale āpli⁹ cogitare⁹/cū iā ciba nostra ī uado
salutis portuq; cōsistere crederet/ ecce tibi p⁹ rri-
duū iter horā noctis nonā ac decimā rāto cū fra-
gore rāq; horrifico mugitu tota ciuitas ītremuit

ut repente excussus somno id horę crediderim
 actum esse de mortalibus et res humanas cōplo-
 raras : nāq; uisa sunt omnia perinde ac ruēte cęlo
 collabi et uoratinis hauriri / inter horrendos fra-
 gores atroniti metu oēs torpere / usu auriū q̄ ocu-
 loꝝ maiore ī tenebris uti / et cū tenebrę quoq; ipse
 formidinem augerent / in ore omniū psalmi / p̄ca-
 rio religiosa oratioq; dominica resonare. Tūc cū
 sonitu ruinaꝝ immenso Amplissima ac pulcher-
 rima domus Principum Bentiuoloꝝ / que fabrili
 Bētiuo / subtilitate / achitectonica dispositione / principali
 lorū . magnificētia elegātiaq; certat cū omnibus Ita-
 lię spectatis luculētisq; edificiis : ferme dimidiata
 subsedit ac solo p̄strata est. qui qdē fragor enor-
 mis : aures animūq; meū quodam quasi ictu cō-
 citatiore perstrinxit / cū domus mea pene cōtigua
 sit postico ediū Bētiuolaꝝ / que īmunis et exors
 fuit huiusce calamitatis posterioris / cū in priore
 parietario casu p̄strictra sit. Ad hęc deoꝝ delubra
 nō minus laxitate q̄ altitudinis fastigio uisenda
 magna ex parte facta sunt hiantia atque rimosa.
 Cū primis edes diuī Iacobi Rimis patētioribus
 fatiscens adminiculis subnixa fulcit / Alia quoq;
 Temppla rempla et p̄cipue duo duobus diuis Petro Fran-
 rimosa. ciscoq; dicata laxis solutisq; parietū cōpagibus
 hiare ac uitiū facere ceperūt ī qbusdā fastigia ex
 summo in imū prouoluta / fornices edificiorum

TERREMOTV

plurimorum / quos Plinius aduersus id dixit ma-
 lum tutissimos esse autumat / maxime obnoxii
 huic periculo Extiterunt / Camini quos uocant su-
 pra culmina domorum forinsecus eminentes ma-
 gna ex parte prostrati / pines quoque murorum ac
 minae complures ueluti succisae corruerunt / Illud
 oppido quod mirum dignumque memoratu in popu-
 lo tam magno in strage tam dira in concussione tam
 enormi hominem neminem esse desideratum / ut
 creditum sit Iram dei animantibus parcentem ad-
 uersus inanimata desuisse. Ex hoc secundo Ter-
 remotu tam uasto tamque formidando / Conuersi re-
 pente sumus omnes ad religionem. Ad aueruncandam
 auertendamque iram dei procellam : cunctorum uo-
 ta suspirabant. Indicta quoque est supplicatio populo
 uniuerso Circa religiosiora et maiestatis diui-
 nae referta delubra : Quae triduum Solenni Cum ce-
 rimonia / et precatione Casta ac sanctitudine im-
 polluta templi celebrata Documento fuit ho-
 mines tunc se mortales esse meminisse / Tunc de-
 um maxime Reuereri / Cum aut periclitantur aut
 periculo proximi sunt. Nam ut inquit non minus
 uere quam decenter Silius : tanta adeo cum res trepide
 reuentia diuum nascitur. Et tunc precipuus Vo-
 torum locus est religionisque memoria Cum pauor locus in-
 spem Expectorat exanimatosque consternat. Post pauore.
 Terrificum illum terribilemque tremorem singulis dei

Supplica
tio Tépla
tim facta

Votorum
locus in
pauore.

ceps noctibus minute quedam concussiones facte
sunt / quibus cubilia aut mouebantur / aut moue-
ri credebant. Quod quisque prout mericulosus e-
rat aut ipavidus / ira uerbis tollebat in maius aut ele-
uabat. Et adhuc mulieres non pauce ut pote na-
tura pauidiores / existimant per noctem toros intre-
miscere: Quarum pectora / Cum semel occupauit Pa-
uor uix excutit. Per totum fere ianuarium multi

Sub Dio mortales sub celo pernoctarunt sub tetoriis quie-
pnocran- scetes / rari id malum libera celi fide Caueri posse.
tes. Haud dubie ignari / Quod inter cetera mala / id

prope solum sine effugio est. Et sane non paucis mul-
tis corripit ut fugientes terre tremorem ceperint tre-
more corporis intremiscere horrore febrium Tus-
saculaque conuelli / quod morbi genus hibernum celum
mansiones subdiales humorque nocturnus uiscer-
ibus infuderunt. Clarissima prudentissimaque ma-
tronaque Zeneuera Bettiola omni mihi cum hono-
re nominanda existimas nihil tutius esse quam religio-
sa delubra nusquam se securius degere posse quam in san-
cto domicilio / delegit sibi mansionem tempora-
riam apud sanctimoniales / quibus a cultu corporis
christi dei nostri inditum est cognomen. Quarum habi-

Semnon taculum merito dici potest / Semnon hoc est sanctarum
feminarum conciliabulum atque Cenobion / ubi hone-
sta et casta animi corporisque mysteria celebrant.
Quod sane replum intramuranum est magnitudine

TERREMOTV

pulchritudine sanctitudine famigeratū. Huc se-
 cessit pinde ac in securitatis diuersoriū duab⁹ coi-
 mitata filiabus / utraq; uirua / utraq; clarissima /
 utraq; maternis uirtutibus respōdēte. Quar; ali-
 teri Blanchę / alteri Eleanorę ē nomē. Vbi quo-
 tidie Matrōe sūmates et primarii Ciues Domi-
 nā inuisebant officioseq; ac reuerenter salutabāt.
 Inuisebat et maximus Princeps Bētiolus sub-
 inde / felicissimi coniugii memor una cū Clarissi-
 mis filiis; Hęc uel sola matrona mēdacē quoti-
 die facit maximū Philosophor; scribēre in poli-
 ticiis cōsiliū eē feminis Inualidū / siqdē Zeneue- Laus Ze
 ra Bētiola supra captū femina; ē prudēs inge- neueřę
 niosa cordata. Quę nō solū ī domesticis nego- Bētiolę
 ciis curādis p̄poller / Ver; ē ī reb⁹ publicis admi-
 nistrādis ē circūspectissima. Pręterea comitate af-
 fabilitate / Dexteritate / breuiterq; choro uirtutū
 Quę ī muliebrē sexū cadūt Vndiq; stipata con-
 spicit. Qua nec Cornelia prudērior / nec Tanaql
 solentior / nec Liuia Augusta extitit fortunarior.
 Quā Deus optimus maxim⁹ / quęso Sospitem
 florētēq; una cū illustrissimo cōiuge Clarissimis
 filiis / nobilissimis Nurib⁹ / numerosis neporibus
 In diuturna felicitate custodiat. Camilla Vxor
 mea ī tremorē terre tā horrifico / In tāta sex⁹ utri-
 usq; formidie pař utiliter fortis et qđā aī teneri-
 tudine delicatior me rogauit ut Cubile cubicu-
 lūq; mutarē.

DE

Camilla
uxor.

Et quia sūma ēdium maiore motu naturaliter q̄
ima concutiuntur/ut somnū caperemus in cubi/
culo inferiori. Ego cum sciam salutem uxoris a
mariti salute pēdere/et illius spiritū in meo uer/
ti/Incipio ut illi cōsulam/mihi quoq; consulere.
Et quoniam ego ab illa non impetio ut pristino
Cubiculo utamur/a me impetrat illa/ ut descen/
dētes in cubiculo inferiori quierē capiamus: in/
dulgēdum est enim Honestis affectibus/et obse/
quēdū uxori plerūq; Qua cū concorditer ui/
uas. Quē maritū amore casto et sincero cōple/
ctitur/mecūq; certat certamie honestissimo mu/
ruē caritatis/Quod haud dubiū ē pudiciē cō/
iugalis indicium. Ex ea in hodiernum diem sui
scepi liberos Tris/primigeniā femīei sexus. Rei/
liquos mares. Femina non perannauit/ nouissi/
mus masculus Dulcis uitē exors itra temp⁹ bi/
mestre decessit/supereſt medius qui nūdū Tri/
matum impleuit/Auū maternū Vincentiū Pa/
cētii Pa/leorū maximum Iuriscōsultor/cuius mihi me/
leori. moria sacrosancta est/nomine referens: liniamē/
Vincēti⁹ ris oris matrē/uirilitate patrē representans. Blā/
filius. dimēris prope peculiaribus p̄ditus/Ad cuius
hilaritatem nulla pōt durare tristitia:Cuius ga/
rulitate mire reficior. cuius īquies genuina mi/
hi est quieti suauissime. Qui me modo lectioni
modo stilo īdulgentē sepissime interpellat. estq;

TERREMOTV

patri dulcis interpellator. Deum optimū maxi/ *Nota*
 mū p̄cor ut mihi Camillam meam una cū mel/
 lito filiolo seruet incolumē/ ut nos ois in hac qua
 uiuimus cōcordia et tranqllitate perēniter tuea/
 tur. ut felix sit cōiugiū/ ut soboles fortunata lau/
 dabiliter eat per paterna et auita uestigia/ ut no/
 bis hunc contingat habere superstirē: qui domū
 Beroaldam Nepotuloꝝ turba fecundet. Quos
 complexu et gremio fouere possimus/ sintq; no/
 bis senescenribus si modo senescere datum est/
 non minora oblectamenta q̄ commoda. Solent
 huiuscemodi egressiones fauorabiliter oblectare
 et lectorē lassescenstem iucunde refouere/ Stoma/
 chūq; nauseantē quodā quasi cōdimento refice/
 re. et ego in hęc quasi diuerticula libēter ex cur/
 ro/ Quia si modo lectores mihi non blandiunt/
 libelli mei in hęc parerga plausibiliter exparian/ *Parerga.*
 tur. Sed ut iā ad institurū p̄uertamur/ Cū in nu/
 meris Ternarius sit pollens potensq; quē gręci
 Triada nostri ternionē appellāt/ Tertius terre *Trias ter*
 mor ex interuallo dierum circiter quindecim su nio.
 perueniens non paucos municipū meoꝝ tremo/
 re cōcussit/ maior pars quę iam occalluerat duri/
 triāq; cōtraxerat/ mā sit imperrita/ minor hic sa/
 ne motus fuit q̄ priores/ sed tamen fragoris hori/
 rifici: quo domicilia aliquot male materiata cor/
 ruerūt primis ut credit̄ moribus ante cōuulsa.

DE

In rota Vrbe uicatim regionatq; cōpluria edifi-
cia fulcimentis adminiculata cōspiciunt. In qb⁹
hiātes rimę uitiū faciūt ruināq; minirantur. Cla-
ues ferreę/sic enim uulgo nominirāt. Vículaque
uulcania in officinis fabrilibus quotidie adhuc
Procudunt ad parietes alligādos / et fatiscentes
substruciōes deuiciēdas. Mulra quę refectiōe ū-
digēt recōcīnātur/ut sarta tecta integraq; eē pos-
sint. Quōiā aut magna fastigia laborat credūt:
et ī p̄cipiti stantia uacillare / Turres aliquot quę
in urbe nostra plurimę sunt altitudie spectabiles
dirui a possessoribus cepere / Cū primis Illustrissi-

Laus Io / m⁹ Ioānes Bériuolus columē caputq; ac moder-
annis Bē rator saluberrimus Bononiēsis Reipu. Cui cum
riuoli dignitate oriū / cui festā pacē Cui blādā tranqlli-
tarē / Cui cōmoda oīa accepta referimus. quem
forera quę conseruatorem merito possumus nū-
cupare / qui exēplar ē felicitatis / quo stante uel ēt
sedēre nullus turbo / Cimbe bononiensi nulla p
Turris cella ē perrimescēda / Turri habebat ēdibus p̄ri-
Bériuo / cipalibus cōtiguā atq; conferrā / qua nullā pul-
lorum. chriorē etas nostra cōspexit. Hāc demoliri iussit
ueritus scilicet ne obnoxia tremoribus terre cor-
rueret / Ratusq; neminē satis tutū eē posse qui pe-
riculo proximus sit. Celeberrimi rerū scriptores
inter signa futuri mot⁹ cōmemorāt lineā tenuē
nubis ī lōgū porrectę spariū / Talis a nostris sub

TERREMOTV

occasum solis sereno cęlo conspecta ę ea scilicet
 nocte/qua secūdus ille maximus motus cuncta
 cōcussit/Scribit sanctissimus scriptor atq; erudi/
 tissimus Seneca Pompeios / Celebrę campanię
 urbę consedisse terremotu p̄ dies hybernos / qđ
 sane tēpus ab hoc malo Tutū auctores eē pro/
 mittunt/Consimiliter diebus quidem Bruma/
 libus/uernā tamen indulgentia intepescentibus
 hi motus terre Ciuitatem nostrā nec minus ter/
 ritorium magna strage uastarunt/Siquidem uil/
 lę aliquot ac pretoria magnificēter extructa hoc
 malo perstricta male coherent/ Refert Albertus
 Magnus se uidisse Terremotum durabilē atq; **Terremo**
 diurnum in Cisalpina Gallia factum per hie/ **rus ī gal**
 mem uerno tēpore calescentem. Consimili tem/ **lia**
 perie hiberna factus est hic noster motus terre **Togata.**
 diurnior Dierumq; compluriū. Nā cum di/
 cātur tremores si nō ab emersu uēri desināt/diu
 durat/nec añ qđragita dies sisti/plerūq; uero an/
 nuo spatio biēnioq; durare/Hic noster ultra dies
 quadraginta p̄gressus nundum pausam fecit.
 Immo hisce diebus cū hęc cōderē / essemq; iter/
 diu intentus stilo et scriptiōi Bibliothecā meam
 sensi intremiscere et quati / ita tñ ut motus hic
 diurn⁹ lōge leuior q̄ nocturnus exriterit. Noctu
 enī maiores fieri et crebriores philosophoꝝ scho
 la conclamat. Quorum iam tempestiuum ui/

- derur percensere sentétias / qui arcana nature re/
 serare exq; eius prompruariis causas rerum ex/
 promere conari sunt / Quorú opiniones discor/
 des efficiút ut illud certú sit / nihil esse certi. Tha/
 les milesius unus ex septem gręcię sapientibus
 professus est aquam oíum rerum esse prícipium /
 ex quo dogmate Exiit illud poeticú / oceanúq;
 patrem rerú. is in aqua causá posuit qua terra cõ/
 cutiatur et tremat / memorans Vnda orbem ter/
 rę sustineri uelut aliquod grande nauigium. Ar/
 Aqua cá gumentatur auté aquas eē in causa / quod in om/
 terremo / ni maiore motu prorúpunt noui fontes nouaq;
 tus fluéta. Democritus motú terraz aquis imputa/
 Demo / uit propterea q; per receptacula terre uenasq; fi/
 critus. stulosas uis aquarum larga decurreret / que cele/
 stium quoq; aquarum superfusione exuberátes
 pulsibus terram concuterent / ut pore que tantú
 impetum ac uiolétiam ferre non possit. huic sen/
 tentię ueteres poete astipulant / qui Neptunum
 Ennosí / humide substátię p̄sidé Ennosígeum et sílich/
 geus. thona gręcis dictionibus appellitant. Quasi di/
 Anaxa / cas terrá quatiéré / Terráq; mouéré. Quidá íter
 goras quos é Anaxagoras igné cáam motus eē confir/
 māt: q; exitú querés diuellit cõcutitq; repugnã/
 tia / uiaq; sibi ad celú ui facit / Alii ideo í igne cau/
 Ignis cá. sam motus esse dixerunt / quia pluribus in lo/
 cis flagrat proxima queq; consumens / quibus

TERREMOTV

exesis exustisq; sub sequitur motus earꝝ partium /
 quę adminiculis uiduatę primo labāt mox cor /
 ruūt / ideoq; uulcano motum terrę attribuerunt.

Anaximenes qui horologium / quod ab umbra Opinio
 sciorericon appellāt / primus ostēdit / causam mo / Anaxi /
 rus esse autumat terram / quę nimis uaporibus menis.
 arefcens rimas pādat grādiores / intraq; eas pene /
 trans aer uiolentus et nimius uehementi spiritu
 quassatā propriis sedibus cōcuriat. Idem opinat̃
 uerustate cūcra dilabi nec quicq̃ turū esse a senec /
 tute / itaq; quēadmodum in edificiis ueteribus ac
 purridis quedā suapte sponte decidūt / ita in hoc
 corpore terrę contingere / ut partes eius uerustate
 soluantur.

Ristoteles quem naturę cōsiliariū me / Laus ari /
a rito dicere possumus / cuius iuuentis nec stotelis .
 ipsa natura dissentire existimat̃ : qui po /
 lyhistor idest multiscius. qui polygraphoratos a
 copia scriptoꝝ est nominādus : quem θειοτατου
 hoc est diuinissimū uere nūcupaueris / qui apud
 posteros est id consequutus ut Aristoteles non iā
 hominis nomen sed philosophię habeat̃. Et si /
 cur nomine oratoris. M. Tullius / et poeteꝝ Virgi /
 lius : ita nomine philosophi Aristoteles peculia /
 riter intelligatur : hic inq̃ Aristoteles affirmat cau Sentētia
 sam motus terrę esse uentrū siue spiritū : qui iclu / Aristote /
 sus in uenas terrę et cauernas lucretur erumpere / lis.

et ad libertatē exire cōnitiū. Sequuta mox etas
nō tam pedibus q̄ stilo uadit in sententiā maxi-

Seneca

Seneca

Seneca

Plinius

mi philosophorū. Anneus Seneca q̄ iter nostros
scitissime elegātissimeq̄ disseruit sup̄ q̄stionib⁹ na-
ruralibus / Asserit spiritū eē q̄ terrā moueat. Idq̄

et plurimis et maximis auctoribus placuisse. Pli-
nius quoq̄ noster / Quo nihil eruditius / qui hel-
luo libroꝝ dici pōt / Ventos inquit in causa esse
nō dubiū reor. non enim unquā intremiscūt ter-
rē nisi sopito mari celoq̄ adeo trāquillo ut uola-
tus autū nō pēdeant / subtracto omni spiritu qui

Lucreti⁹

uehit. Quin etiā Lucretius: q̄ p̄ iterualla insanie
Cōposuit libros luculētos Epicuri dogmata cō-
tinentes / et ipse uētos eē ait in causa terre motus /
Cuius uersus operē prium est subscribere.

Præterea uentus cum per loca subcaua terre

Collectus parte ex una procumbit / et urget

Obnixus magnis speluncas uiribus altas :

Incumbit tellus quo uenti prona promit uis.

Tum supra terram quę sunt extructa domorū

Ad cælumq̄ magis quanto sunt edita quoq̄

Inclinata manent in eandē prodita partem.

Et profecto nihil est spiritu acrius / nihil ī res
natura potētius : sine quo cūcta torpescūt. Ignis

sine spiritu languet / aque si uētū derrahas iner-

Laus Al

berti.

res sunt. Verū enim uero inter ceteros scriptores

Albertus ille nō magis nomine q̄ doctrina ma-

TERREMOTV

gnus ac mirandus αριτοτελι? hoc ē Aristo-
 telem sequitur: qui a tramite aristotelico nuquam
 detort⁹ exorbitat. Qui Aristotelis simia dici po-
 test: a quo nec unguem latū digitumq; ut dicit^r
 transuersum usquā recedit. Hi duo inter scripto-
 res meteorologos eminētissimi ex duabus eua- Euapora-
 porationibus Altera sicca/altera humida uentos riones cā
 grandines niues pruinas/Corruscatiōes /Toni- rex mul-
 trua/Terremotus Ceteraq; id genus fieri subtili- tarum
 ter et copiose pluribus uoluminibus pdiderunt.

Haldei scientiēq; sideralis cōsulatissimi/
 qui ex motu siderum uiq; stellarū Cē-
 tera oīa fieri existimant / motus quoq;
 terrē cēlo et astris assignant/siquidem dogmata
 Chaldeorū/siue placita siue decreta placet nūcu-
 pare/autumant ex positione atq; potentia siderū
 maximeq; Saturni Marris ac Iouis terras intret-
 miscere. In quam sententiam alacriter uadit tota
 cohors Astiologorum: Quibus psuasissimum Placita
 est omnia inferiora moueri a superioribus / pri- chaldeo /
 mordiacq; rerum omnium e cēlo esse decidua. rum.
 hinc solis lunēq; defectus plurimum pollere
 in motu terrē conficiendo tradiderunt/Quoniā
 tēpestates tūc sopiunt: Et quia hęc duo clarissi-
 ma mūdi lumina ī reb⁹ terrenis plurimū domi-
 nant. Siquidē luna īstar Cōsulis/sol īstar maximi Sol īstar
 Regis/ut scitissime docet Galenus/exercet īpiū. regis.

Legans est illoꝝ minimeq; prætereunda
 e sententia / qui ita tremorem in terra fieri
 censent / Sicut in corpore nostro cõringit
 Tremor ex itrecepto spiritu uegerali. Nam ut corpus no /
 i terra ut strum et sanguine irrigat et spiritu : qui puenas
 i corpore arteriasq; et sua itinera decurrunt : sic corpus terraz;
 aquis que uicẽ sanguinis obrinent / et uentis / qui
 uice spiritus et animẽ loco sunt / peruium est : et
 quẽadmodũ in corpore nostro dũ bona ualredo
 est / uenaz quoq; et arteriaz imperturbata mobi /
 litas modũ seruat / siquid aduersi accidit tũc cre /
 brius micat / Tũc suspiria et anhelationes existũt
 haud dubie signa hominis laborantis et fessi : sic
 terre corpus / dũ positio naturalis perseuerat / ma /
 net inconcussum / Cũ aliquid peccatur tũc uelut
 egri corporis motus fit et tremor spiritu illo ue /
 nas suas uehementius concutiente.

Qd totũ lucretius elegãter exp̃ssit his uersibus.
 Dispertit ut horror et incutit inde tremorem
 Frigus ut in nostros penitus cũ uenit in artus
 Concutit inuitos cogens tremere atq; mouere.

In hoc ramen illa disparilitas est / quod in no /
 stris corporibus tremor p oẽs partes pari equali /
 tate discurret : in motu uero terre non totum cor /
 pus uexationem sentit sed portio.

Traton philosophus. qui rez nature in /
 quisitor fuit / de terremoto ita decernit /

TERREMOTV

Frigidum inquit et calidum semper incōtraria
 abeunt et una esse nō possunt p̄ illā quam gr̄eci
 uocāt Antiparistasin: qua fit / ut nō pariatur Ca / Antipari
 lidi frigidiq; natura concordia / Nec in uno mo / stasis .
 ram. pinde ibi naturaliter calidū est / unde frigi-
 dum expulsū est . e cōtrario illuc frigidū cō-
 fluit unde uis calida discessit. Hinc hiberno rē-
 pore cū super terrā frigus est calēt in puteis aquę
 Quia eo se calor contrulit cedēs frigori superiora
 possidenti. Econtrario per estatem aqua putea-
 na frigescit qua uis frigoris in cauernas terre re-
 cōditur cedens calori superne dominanti. Ergo
 uis calida cedēs frigori ī subterraneos specus re-
 cessusq; refugiens magno impetu agitur et p̄xi-
 ma quęq; remolitur ac uexat / cui⁹ eruptio morum
 terre cōficit. consimiliter ubi frigida compescūt
 a calidis et intra uenas terre recondunt / Terra ip-
 sa tremore concutitur / dum uires alternę frigoris
 et caloris inter se compugnāt / et spiritus ultro ci-
 triq; sub terra inclusus cōmeat.

Eligiosiores existimant irā dei causam
 esse tanti mali: q; peccatis peccatoribusq;
 puniendis hoc telorū genus intorque-
 at. Et sane Ex usu uitę ē cōducibileq; mortali / Ira dei cā
 bus credere ab irato deo talia irrogari infligique motus
 supplicia / ut ita innocentius / Castius / modestius
 degant: hoc ecclesiastici conditores affirmant / a

quibus libro regum secundo in cantico dauidi/
 co sic scriptum é. cōmota é et cōtremuit terra / sū
 damenta montium concussa sunt et conquassa /
 ra / quoniam iratus est eis dominus. Hinc exiit
 illud quoq; psalmographi. Dedit uocem suam
 et mota est terra.

Ego arbitror hoc malum ut pleraq; id ge /
 nus alia in Maiestate nature arque Secretariis
 Abdita ī abdita delirescere / et si quadam tenuis cogni /
 maiestate ra sint / nōdum tamen esse percognita. Quāuis
 nature longis lucubrationibus ingeniorum acumē in /
 geniosorumq; solertia ad arcana ueritatis pene /
 trare tentauerit: que interiorē sacrario inclusa cō /
 dunt. Nondū enim nobis tāra cū deo familiari /
 tas é / ut nos participes secretorū oīum esse uolu /
 erit. nec fuit tanta Romanis quoq; ueteribus: q̄
 ubi mouisse terrā senserāt nunciatū ue erat / serias
 quidem eius rei causa edicere solebāt / sed dei no /
 men cui ferie dicarent edicere supersedebant: ne
 aliū p alio nominādo falsa ut inquit Au. Gelli /
 us religione populū alligarent. quoniā et qua ui
 et p que deorum deorū ue terra tremere parū cō /
 pertum foret.

Eterum nos nō tam cur fiat q̄ quid fiat
 dispiciētes asserimus terremorum rem
 eē atrocē diram exitialem atq; funestā /
 plenamq; tremoris horrifici ac publicē conster

TERREMOTV

nationis: quã deprecari abigere amoliri ppulsare
 et ut antiquitatis uerbo utar auerũcare omni p̄
 catione debemus. Illud imprimis acclamãtes.
 Dii prohibete minas dii talem auertite pestem.
 Hoc ẽ illud malum quod agros facto chasmate
 haurit/mœnia prosternit/ Vrbes rotas plerumq;
 deuorat/ Ita ut nulla uestigia extrent. Ex hac ua
 stitate olim in agro mutinensi montes duo iter
 se concurrerũt Crepitu maximo assilientes resi
 lientesq; Quo cõcursu uille oēs elise/ animalia
 p̄ multa que intra fuerãt exanimata sunt. Maxi
 mus terre memoria mortalium extitit morus/
 qui sub Tyberio principe Vrbes in Asia nu / Vrbes
 mero duodecim una nocte prostrauit. Ma / xii. pro
 ximus fuit et ille quo Nicomedia Bythyniẽ stratẽ.
 Metropolis et caput multiformi erumna con
 cussa est Imperante Constantio. Et cum cla
 rissimi Scriptores tradant horis sublucanis cre
 bros motus fieri / tunc primo lucis exortu in
 uolutus crassa caligine squalor humum inse
 dit oculorum perstringens obtutum. dein ma
 gnitudo furentium incũbens procellarum an
 recessit fragorem: Qui una cum horrifico tre
 more nicomediam et suburbana funditus euer
 tit. Qua in clade eðes plereq; aliẽ super alias
 sonitu Ruinarum immenso conciderunt.

Post horam diei secundam aer iam factus sudus et liquidus reterit funereas strages: non parum multi constipati sub ipsis pressi ponderibus uisebantur. Quidam obruti aggeribus cum superesse possent si quis iuuisset auxiliorum inopia necabantur. Alii tignorum extarium cacuminibus fixi pendebant. Alii ut utar uerbis Marcellini subita magnitudine oppressi hisdem adhuc molibus conreguntur. Collisis quidam capitibus uel humeris presectis aut cruribus Inter uitae mortisque confinia: aliorum adiumenta paria perferentium implorantes cum obtestatione magna deserebantur. quae talia fando temperet a lachrymis? Quis talia referens non horrescat quae animus horret meminisse? Iulius Capitolinus auctor est motum terrae Gordiani principatu eo usque grauem extitisse ut ciuitates etiam terrae hiatu cum populis depererent.

Multa genera Terrae motus effectusque multiformes ac nomina monumentis celeberrimorum conditorum reperiuntur: sunt enim quidam qui humum mole sua suscitantes sursum propellunt Immanissimas moles: hi brasmatiae nuncupantur a concussione quam graeci βρασμοῦ uocant. Ex hoc motu delos emerfit et Rhodos enata est. Sunt qui grandiore motu patefactis subito Voratrinis terrarum partes absorbent: Sic Helice et burra in profundos hiatus abactae eternis tenebris

TERREMOTV

occultantur. Hos Chasmaticos uocāt a chasma/
 re / sic enim hiatus dicitur. Græcanico uocabulo
 nostris quoq; usitatissimo . Vlpianus iuricon/
 sulrorum eloquētissimus / Titulo de cēsibus / si
 agri portio inquit Chasmate perierit debebit p
 cēsitorem releuari . Pomponius quoq; titulo de
 piculo et commodo rei uēditę sic ait. Fundi no/
 mine emptor agere non potest cum prius q̄ mē/
 sura fieret Inundatione aquarum aut Chasmate Chasma
 alio ue quoq; casu pars fundi interierit. Chasma
 quoq; in cęlo fieri docet Plinius sic scribens .
 Fit et cęli ipsius hiatus quem uocant Chasma.
 ait Turnus Maronianus / uideo medium disci/
 dere cęlum. Exponit cōmentator Chasma fact
 rum dici idest subitam aeris diruptionē et quē
 dam recessum.

Vnt quidam motus qui ueluti Tauri-
 nis reboare mugirib⁹ audiūtur. Quos
 myctematicos philogręci nuncupant. Mycte /
 απο του μυκηματος hoc ē a mugiru. Ex hoc matici.
 opinor genere fuit motus ille quo sub imperato
 re Galieno terra mugiente multę fabricę deuo
 ratę sunt Cum habitatoribus / multi terrore mor
 tui . Mota est et Roma Mota et lybia et Asia
 Hiatus terre plurimis in locis extriterunt . Ex
 hoc genere uidetur esse quem uocant Mycetiā
 de quo sic refert Apuleius in Cosmographia.

Myccetia Myccetias uocatur Terri odoris inquietudo terrena / Audiuntur mugitus interioribus gemitibus expressis / Cum spiritus inualidus ad terram mouendam per aperta in Telluris inuēris itinēribus ferrur.

Palmatię f. Vnt et qui palmatię appellantur quorum pauitatione illa quę trepidant sine inclinationis periculo nutant / Cum directi tamen rigoris statum retineant. greci παλμος tremorem uocant / Vnde et nomen accepere palmatię.

succussio Ostri duo genera potissimū motus terre concelebrāt / Alteri succussio est nomen / Cum terra quatitur Et sursum ac deorsum mouetur. Altera inclinatio

Inclatio noīatur / qua more nauigii nutat atq; inclinatur in latera. Seneca tertium Genus esse existimat quem tremorem dixere maiores. Qui superioribus dissimilis est. Nam neq; succutiuntur neq; inclinantur recta sed uibrantur. Qui motus minus est noxius minusq; exitialis / Sicuti longe perniciosior est inclinatio q̄ succussio. Hoc mirum est quod intelligi uoluit plinius : Cuius uerba subscripsi quę sunt hęc. pluribus si quidē motibus quatitur / tutissimum est cum uibrat crispante edificiorum crepitu / et cum intume

TERREMOTV

scit affurgens alternoq; motu residet innoxium /
Et concurrentia tecta contrario ictu arietant /
Quoniam alter motus alteri renititur / Vndan-
tis inclinatio et fluctus more quędam uolutatio
infesta est aut cum in unam partem totus se mo-
tus impellit / hactenus Plinius .

i Nter signa futuri motus est cęlum si / Signa
lens / tempestates sopitę / et in puteis motus
aqua turbidior fediq; odoris. Hic Phe-
recides Pithagoreę doctor cum aquam hausisset
e puteo / presensisse fertur ac predixisse futu-
rum Terremotum. Est et in cęlo signum prece-
dens futuro motu tenuis scilicet linea nubis in
longum porrectę spatium . Existunt maximi
motus in solis lunęq; defectu. Verum ut inquit
Albertus ecclipsis solis q̄ lunę hac in re est lon-
ge potęrior .

Presagia.

n On simplex id malum nec in ipso rā-
tum motu periculum est / sed in poste-
rum quoq; dira portendit Et in pri-
mis pestilentiam presagat : nec id absonum .
Siquidem spiritus qui ęterna Terrarum nocte
Torpescit / diutinoq; siru pestilens includitur /
Per Terremotum emissus purum hunc aera

ac liquidum polluit atq; commaculat late uitium suum spargens . Et cum naturaliter uincantur meliora peioribus hic spiritus quem per singula momenta trahimus et haurimus illo subterraneo halitu pestilente corruptus et infectus Contrahit noxam . Inde pestilentia mortales inuadunt . Præterea aquæ pestilentes abditæ latent in terræ Secretariis / quæ Tremore Terrarum exilientes ex infernis / nihil nisi pestiferum exitialeque in superna deportant .

Trimegisti.

Quidam autumant innumera prope mala ex motu Terræ et imprimis famē et bella portendi . Trimegistus / Cui multarum rerum et artium scientia hoc cognomen imposuit / uel quia $\pi\epsilon\pi\iota\ \tau\rho\iota\alpha\ \Delta\omicron\sigma$ idest de trinitate locutus est religiosissime . ponēs $\epsilon\pi\ \tau\rho\iota\alpha\ \Delta\iota\ \mu\iota\alpha\ \mu\epsilon\gamma\alpha\ \theta\epsilon\omicron\tau\eta\tau\alpha$ Idest in trinitate unā esse deitatem . Hic uersus Heroicos fertur composuisse / Qui uoluerant ac circumferuntur per manus oraq; eruditorum : Quibus præfagia terremotus in duodecim Zodiaci signa digessit / Exempli causa aliud genus infortunii portendi sole Arietem trās eunte / aliud Taurum / aliud Geminos / et cetera Consimiliter . Quod totum lepida magis q̄ uerā discriminatione digestum arbitror . Incomperta enim hæc sunt Et inextricabilia /

TERREMOTV

Quę neq; affirmare neq; refellere operepretium sit. Plinius refert nunquam urbē Romam tremuisse / ut non futuri euentus alicuius id prænuncium esset. Exclamare libet / tantę ne animis celestibus irę ? Tanta ne in miseros mortales Cupiditas sequendi ? ut tremor Terrę / Quo nil terribilius / per se non sit satis / nisi etiam fiat prodigiosus / et per id malum mala quoque alia Truculēta denuncientur.

Remedia.

